

non asidue, derivetur oportet. Hac revocatio in litum priorem, aut pretii compensatio fieri auctoritate propria nequit, sed tantum iudicis sententia. Quibus delibatis, ad quaesitum respondeo, locum habere hoc privilegium primo in venditionis contractu, si in eo laesus minor sit, vel quia nempe iusto minoris vendidit, aut quia rem vendidit quam vendere non debebat; hoc in casu adversus quemcumque agere possessorem poterit, ut eandem recuperet. Secundo si minor pecuniam mutuo accipiat, eamque prodigat, non teneatur restituere, nisi id in quo factus locupletior est. Tertio si debitor pecuniam minori solvat, inconsulto curatore, solutio civiliter nulla est. Quare si minor eam amittat, insuliter consumat, si denique non duret aut in specie, aut in aequivalenti, nempe in utilitate minoris conversa, debitor liber non manet, & cogi per iudicem potest ad novam solutionem. Quarto si in contractu gratuito sit minor graviter laesus, praefato gaudet privilegio, ut dum rem magni valoris donat absque rationabili causa. Si enim pruden-ter donatio fuerit, & ob honestam rationem, puta ad remuneranda obsequia accepta, quae remuneratione digna sunt, vel nuptiarum intuitu, personarum qualitate spectata, quibuscumq; intercedat consanguinitas, aut alia peculiaris circumstantia; valida est, & a privilegio restitutionis in integrum immunis. Possorem si laesus minor sit in quasi contractu, vel quia imprudenter lucrosam hereditatem repudiavit, vel perniciosam accepit, vel deteriorem partem elegit, restitutionis in integrum privilegio praefatur. Heine collige, quam cauti, & circumpecti esse debeant qui cum minoribus contrahunt.

III. Quæst. II. Quibus in casibus caret minor privilegio restitutionis in integrum? Resp. Si contractus celebratus sit iuxta iuris formulas, & aequitatis regulas; ut si rem quam vendere minor valet, iusto pretio vendat; restitutioni in integrum locus nullus est; etiam si merx pereat. Similiter si contractum inicit in quo aequaliter lucrari ac damnari pati valet, uti dicto privilegio nequit: quia

pruden-ter inicit contractus fuit. Item si contractum in minori aetate celebratum factus maior ratum habuerit, aut si in minori aetate iuramentum contractui adiecerit, privilegio dicto caret.

IV. Quæst. III. Restitutio in integrum comprehendit ne fructus perceptos ex merce vendita, aut donata? Resp. Si bona alienata sint contractu gratuito, aut irrationabili donatione, restitui percepti fructus omnes debent, detractis in istem colligendis expensis. Contra si contractus non gratuito, sed oneroso, nempe iusta venditione, alienata bona sint; nulla fructuum restitutio facienda est. Disputant tamen hac de re Icti: nam plures contendunt restituendos esse fructus, dum alienatio fundi perniciosa minori est. Qua de re iudicium meum suscipendo, & cum hoc exori consuetudine plurimum ponderat. Ceterum absolute loquendo, si restituendus fundus sit, quia detrimentosa fuit minori venditio, iatis congruum videtur quod fructus quoque restitui debeant. Qua de causa dictum est, summo- pere circumpectos esse debere illos qui cum minoribus contractus ineunt.

V. Quæst. IV. Minor cui solutio illegitime facta est, uti ne tuta conscientia possit privilegio restitutionis in integrum? Resp. Admittunt communiter Auctores. Quia lex concedens hoc privilegium non fundatur in fraudis praesumptione, sed id periculo fraudum; atque adeo bonum commune, & univiersale spectat. Porro cum iusta lex sit, eamdem prohibito uti minores possunt. Semper tamen etiam in his aequi & boni regulæ spectanda sunt, atque circumstantia.

VI. Quæst. V. Sunt ne alii quibus praeter minores concessum privilegium sit restitutionis in integrum? Resp. Sunt Ecclesiae, monasteria, hospitalia, & alia pia loca. Hac loca quadriennio a celebratione contractus privilegio praefato uti valent; immo si Ecclesiae enormiter laese sint, ultra quadriennium extendunt privilegium non pauci: qui tamen advertunt, frui eodem privilegio non posse Ecclesiasticos in suis privatis contractibus quos in proprium commodum celebrant.

# DISSERTATIO II.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

## PRÆLOQUIUM.



UÆ hæcenus de contractibus in communi diximus, levioris momenti sunt, si cum iis comparetur quæ de contractibus sigillatim, & in particulari dicturi sumus. Idcirco seipse & breviter de illis, sote & distincte de illis sermo nobis erit. Et primum contractus quos onerosos, seu non gratuitos vocant, enucleabimus. Hos inter venditioni & emptioni, quæ sunt duæ reciproce unius contractus partes, primum locum tribuimus: sicut enim illæ quibus humanum commercium, & negotiationis potissimum perficiuntur. Istius origo perspicue exponitur ff. de rei. i. l. 1. his verbis: *Origo emendi, vendendique a permutacionibus capit. Olim enim non ita erat numerus: neque aliud merx, aliud pretium vocabatur: sed unusquisque secundum necessitates temporum, ac rerum, utilibus utilia permutabat, quando plerumque evenit ut quod alteri superest, alteri defuit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes quod ego desideraverim, invicem habere quod tu accipere velles, electa materia est subius publica, ac perpetua officio difficultatis permutacionum aequalitate quantitas subserviret: eaque materia forma publico percussa, usum, dominiumque non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate, nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur.*

§. 1. Sed an sine quantitate venditio dici hodieque possit, ambigatur, veluti si ego rogam de diti, ut tantum acciperet, Sabini, & Cassius esse venditionem, & emptionem putant: Nerva, & Proculus permutacionem, non emptionem hoc esse. Sabini, Florenti teste, qui exercitum Græcorum ære, ferro, haminibusque vitam emere referit illis verbis:

Hinc quidem vinum emebant comari Achivi,  
Alii quidem ære, alii autem splendide ferro,  
Alii vero pelibus, alii autem ipsis vaccis,  
Alii autem mancipis....

Sed si merx permutacionem significare videtur, non emptionem; sicut illi:  
Hinc rurus Glauc Saturnius mentes exemit Iupiter,  
Qui cum Tydide Diodeme arma mutavit.

Magis autem pro hac sententia illud diceretur quod alias idem Poeta dicit:  
.... Emit possessionibus suis.

Sed verior est Nerva, & Proculi sententia: nam ut aliud est vendere, sic aliud est pretium, aliud merx. Quod in permutacione differunt non potest, uter emptor, uter venditor.

§. 2. Est autem emptio iuris gentium; & ideo confessione peragitur; & inter absentem contracti potest, & per unicum, & per litteras.  
Hanc huius contractus originem indicat S. Thomas 2. 2. quæst. lxxvii. ar. 1. Nec in ea explicanda dicitur immemorandum; sed contractus natura, & proprietates explicari diligenter a nobis debent.

### CAPUT I.

Notiones contractus venditionis, & emptionis.  
Quando ut huius contractus rerum dominium transferatur.

**P**ures huius contractus notiones exhibent Icti, & Theologi. Communiores hæc sunt. *Emptio est pactio determinati pretii pro merce dandi. Venditio est pactio meris danda pro determinato pretio. Ili*

duo pariales contractus in unum coalescunt, ut dixi supra, qui definiuntur hoc pacto valet. Contractus onerosus mutuo consensu peractus dandi mercedem pro pretio determinato, & pretium determinatum pro merce determinata. Onerosus, & non gratuitus, dicitur contractus quia vicissim obligatio oritur, in vendente danda merces, in emente pretii solvendi. Meris nomine veniunt bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones, quæ vendi possunt. Pretium est numisma, seu pecu-

pecunia Principis auctoritate impressa. Determinatum sit pretium necessum est, alioquin si indefinitum sit, si volentati emptoris determinandum relinquatur, nullus contractus est, utquod determinatum sit, ut omnes leges consilio. Sicut pretium determinatum, ita & merx esse determinata debet. Sat autem est quod voluntate, licet non re, determinata sit; ut quando emittit retis iactus, fructus percipiendi, & venationis præda, fructus agrorum, partus pecorum. Hæc omnia sunt pretio æstimabilia, & mutua voluntate determinari queunt. Mutuo denique consensu utriusque contrahentis perficitur quantum ad substantiam contractus hic, ut iam supra declaratum est; ita ut consensu mutuo prælitio, resillire neutra pars valeat. Rei autem, præterque traditione ultimam complementum contractus accipit. Celebrari hic contractus inter absentes potest vel per epistolam, vel per procuratorem; cum solo consensu contrahentium eiusdem naturæ, & substantiæ consistat.

II. Solent contrahentes arrham dare in testimonium, & securitatem celebrati contractus. Disputant Auctores, liceat ne resillire a contractu cum eiusdem arrhæ iactura. Respondent communiter, id a consuetudine pendere. Si enim ulus sit ut cum solius arrhæ iactura resillire a contractu partes possint; tum consuetudo declarat, tantem arrham nullam aliam obligationem contraxisse præter arrhæ iacturam. Inter *cistis*, vulgo *verturini*, videtur hic obtinere usus locandi vecturam, arrha data, ut eam perdant, nisi intro conductionis contractui stent. Verum absolute dari arrha solet in maiorem initi contractus securitatem. Quare nisi expresse contrahentes patescant re nolle aliam subite obligationem præter arrhæ iacturam, dicendum videtur, arrham datam contractus obligationis, & devinctæ conscientiæ testimonium esse.

III. Quæst. I. In contractu venditionis, & emptiois transferretur ne ante rei traditionem dominium? Resp. Adfirmant aliqui, si ius gentium spectetur; vi quippe illius iuris, celebrato contractu, transferri dominium contendunt ante traditionem. Negant communiter alii, iure positivo nixi. Siquidem hæc habentur *S. Unique* Instit. de empt. & vendit. *Qui nondum emptori tradidit rem, adhuc ipse dominus est.* Emptor igitur ante traditionem ius ad rem emptam habet, secus eiusdem dominium. Quare si ante traditionem secundus emat, & res tradatur, hic dominium acquirit, nec rem priori em-

priori reddere astringitur. Ut itaque dominium transferatur, & traditio rei, & pretii solutio requiruntur. Si alterutra ex his duabus conditionibus defuit, dominium non transferri, communitè asserunt Auctores *C. de rei vendit. l. Quoties*. Quamobrem si emptor rem alienaverit, pretio non soluto, ius venditor retinet eam, ubicumque invenierit, repetendi. Si tamen venditor rem emptori dedit, habeatque pretium pro soluto; tum dominium translatum est.

IV. Quæst. II. Merx vendita duobus emptoribus, cuiusmodi tradenda est? Resp. Communis sententia est, quod si nemini tradita fuerit, debeatur primo emptori, qui cum fuerit prior tempore, etiam iure potior sit oportet. Si vero uni fuit vendita, licet priori, & alteri vendita, atque tradita; huic debetur; quia prior ius tantum ad rem, secundus ius in re, cuiusque dominium possidet. Si tamen prior emptor sit privilegiatus, ut pia loca, Ecclesie, civitates; tum primo emptori debetur, etiam si tradita secundo esset: quia tunc hic secundus emere non poterat, attento privilegio. Eadem sententia est, quando emptori datum pignus est in maioris securitatis testimonium. Hic enim simpliciter emptori tradendus est. Si tamen emptores privilegiati, aut quibus tradita res sit, fide mala contrahant, quia nempe concilii sunt prioris venditionis; tum ob fraudem præterdatis prior emptor est.

V. Quæst. III. Res vendita, sed nondum tradita, cuiusmodi perit? Resp. Venditoris periculum est, cum ad eius dominium pertinet: res enim domino perit. Ante traditionem ad dominium pertinet venditoris. Ergo eidem perit. Si contra tradita emptori sit, eidem perit, si pretium habeatur pro soluto. Distingunt Ictem rem venditam determinatam in individuo, ut hic equus, hoc vini dolium; vel determinatam in genere, seu in specie, ut tot oves de grege, tot tritici modi de horreo. Distinguant pariter venditionem ad corpus; ut quando aliquo determinato venditur unico pretio; puta dum venditis tum prædium quingentes aures; & venditionem ad mensuram, quando non unico pretio res venditur, sed cuiuslibet mensuræ pretio assignato; ut ut dum venditur horreum tritici quinque ducatis pro singulis modis, vendis agrum centum iugerum septem ducatis pro quolibet iugero.

VI. Lessius *Lib. II. cap. XXI. num. 96. & 97.* docet, peracto contractu venditionis rei determinatæ, emptori perire mercedem & ius iure gentium, celebrato contractu,

licet

merci dominium transferretur in emptorem: & quamvis ius civile istius domini translationem impediat, non tamen effectus illius, nempe non impedit quin commoda, & incommoda rei venditæ pertineant ad emptorem ante mercis traditionem. Si tamen culpa venditoris res detrimentum subeat, aut sit in mora tradendi; ipse perit, & deterior sit.

VII. Si vero merx indeterminata sit in individuo, ut dum emis decem modios tritici ex horreo, aut ex messe, tot oves ex grege; vel si emis rem acervum frumenti tribus ducatis pro quolibet modio; tum periculum iacturæ totum pertinere ad venditorem, concedit & ipse Lessius cum aliis. Quia quando res determinata ad mensuram emitur, tum conditio intelligitur, si res tradatur. Periculum tamen pretii, & valoris rei indeterminatæ, vel venditæ ad mensuram, ad emptorem pertinet. Quare si melior merx fiat, aut deterior absque venditoris culpa, ad emptorem commodam, aut incommodam attingit quoniam venditor onus tantum sibi rei tradendæ talis speciei, illamque emptor emittit, quatenus tempore contractus erat. Ideo illi pretium crevit, aut decrevit, secus venditoris; dummodo non sit in mora. Plura de hoc Sylvester, verb. *Emptio*.

VIII. Quæst. IV. Ad quem pertineant fructus rei venditæ, antequam pretium solvatur? Resp. Si fructus pendeant ex plantis, tempore rei venditæ, certum est pertinere ad emptorem, quia tum sunt pars rei venditæ. Disputatur solum de fructibus futuris, & antequam solvatur pretium. Si enim res tradita sit, pretiumque solutum; nemo ambigit quin futuri fructus emptoris sint. Pretium autem duplè spectari potest. Primum quando habeatur pro soluto; cum nempe venditor concedit emptori definitum tempus pro solutione: & tunc fructus pertinere ad emptorem certum est: quia hic iam acquisivit dominium rei emptæ; res autem fructus parit domino suo. Secundo consideratur pretium promissum ab emptore, contingit, aut tali tempore solvendum, ita ut venditor pretium illud non habeat pro soluto. Disputant Theologi, ad quem pertineant tunc fructus.

IX. Prima sententia defendit, fructus pertinere ad venditorem; quia hic solus est dominus rei venditæ, antequam pretium vel solvatur, vel habeatur pro soluto. Altera sententia defendit, pertinere fructus eiusmo-

di ad emptorem; quia leges civiles quarum supra meminimus, quæque negant transferri dominium ante pretii solutionem, abrogatæ sunt iure canonico, vetante omnem usum. Sed facta utraque sententia conciliatur. Nam postquam quod celebrato contractu, & tradita re emptor fiat dominus rei, antequam pretium solvatur, tum certum est fructus ad emptorem pertinere, porro tum dominium transferri intelligitur re ipsa, quando res tradita perit emptori, eiusque commodo, & incommodo fiat res tradita. Et licet sit in mora solvendi; non propterea fructus attingent ad venditorem: quia culpa hæc dilata solutionis non exiit emptorem fuo acquisito dominio; sed solum efficit ut tenatur compensare damnum quod ex tali mora secutum fuerit; nullo ad fructus respectu habito. Et quia re ipsa in presens, celebrato contractu, & tradita re, emptor evadit dominus; ideo ad eum fructus pertinent, etiam si pretium non solverit, sique in mora solvendi: & solum ad compensandum damnum quod ob dilationem culpabilem intulit, tenetur.

X. Quæst. V. Possunt ne contrahentes prædium in re ut emptor fructus rei, aut eorumdem prædium reddat venditori, donec pretium solvatur? Respondit Adfirmant Molina *disp. cccclxxviii. num. 9.* Bonacina *disp. tit. quæst. tit. quæst. tit. 8. 1.* Angelus verb. *Emptio*. P. Dominicus *Viva quæst. tit. art. 6.* quia venditor, inquit, non tenetur cum fuo incommodo vendere. Ergo in prædium deducere valet ut emptor solvat interesse pro fructibus percipiendis.

XI. Præfata sententia falsa est: quia fenebre est pactum illud, mutuumque pallio factum. At, inquit P. Vero, emptor non solvit propter dilationem solutionis, sed propter lucrum quod cessat venditoris ratione protractæ solutionis. Effugia hæc sunt. Si venditor damnus patitur, exigat pretii solutionem, aut rei traditionem differat, usque dum pretium solvatur. Conventio solvendi interesse, donec pretium penderit, seipso iure privatum indicat. Si venditor tempus concedit pro pretii solutione, nequit hoc ipso tempore preventum exigere. Si elapso tempore, morosus in solvendo emptor fuerit, tum illius quod patitur damni compensationem exigere venditor iure valet.

XII. Quæst. VI. Cuiusmodi sunt fructus media tempore percipiendi, quando venditionis contractus dissolvi contingit? Resp. Quatuor modis dissolvi contractus posse, Auctores docent.

conr. I. Quando celebratur contractus cum pacto adiectionis in diem; ut si hoc modo celebratur: Vendo tibi domum hoc pacto ut si intra annum melior mihi occurrerit conditio, domus libera sit: vel si adiectus pactum legis commissoriae, puta, si dicas: Vendo tibi domum, ut intra annum pretium solvas, alioquin contractus nullus erit. II. Si venditio celebratur cum pacto retrovendendi; ut si hoc modo contrahas: Do tibi pecuniam, ut domum mihi vendas ea lege, ut quoties pecuniam reddideris, domum tibi iterum vendam. III. Si mutuo consensu post annum resciendatur contractus. IV. Si contractus sit conditionatus; & conditio non impletur. Quibus positus, respondent Lessius, Bonaria, Salmanticensis: Si contractus venditionis cum pacto adiectionis in diem, aut legis commissoriae sit exprellis verbis tali modo celebratus, ipso facto nullus est: ideoque fructus pertinent ad venditorem, quemadmodum si venditio celebrata non esset. Admittunt tamen praefati Auctores, quod si contractus celebratus sit verbis obliquis & indirectis, quibus indicetur, contractum iantum esse validum, sed in posterum irritandum; tum fructus mediis temporis ad emptorem pertinent. Quia in hoc casu contractus validus est, & locus rescindendus tempore quo melior occurrerit conditio, aut pretium non solvatur. Similiter si conventio sit affecta pacto retrovendendi, mediis temporis fructus producti a celebratione contractus usque ad tempus quo rescinditur, ad emptorem pertinent. Qui vero retrovenditionis tempore colliguntur, ad venditorem attingere docent. Quia, inquitur, a tempore venditionis usque ad rescissionem emptor est dominus rei emptae. Fructus autem ad dominum spectant. Si venditio mutuo consensu dissolvatur; ad emptorem pertinent fructus ob eandem rationem, quia contractus ante dissolutionem validus erat, atque adeo emptor dissolutionem legitime est. Si denique venditio sit ob conditionem; haec impleta, pertinent fructus ad emptorem; si non impletur, ad venditorem: quia in secundo casu contractus tempore fuit nullus; in primo casu contractus reputatur validus a die perfecta venditionis, quando conditio casualis, & sortita est, atque a voluntate contrahentium non pendens; ut si contrahas hac conditione, si naves salvae ex India redierint. Secus dicendum, si conditio sit potestativa, ut dicitur, quae a sola voluntate contrahentium pendeat. In hoc casu fructus debentur venditori: quia haec voluntaria conditio adicitur a vendito-

re, ut emptor moveatur ad celerius contrahendum perficiendum. Quare ante conditionem hanc liberam suspensionem contractus creditur. Ceterum unica horum ratio esse videtur voluntas contrahentium, qui hoc, & non alio modo se devincunt mutuo intendunt.

## CAPUT II.

De his qui vendere, & emere iure valent: & quae sint res venales. An PROBABILITATIS sit materia venditionis, & emptionis.

**O**mnes qui apti sunt ad contractus celebrandos, vendere, & emere iure valent. Plures tamen sunt qui contrahere absolute possunt, & nihilominus ob leges positivas hos aut illos celebrare contractus prohibent: & de his dictum est *differt. 1.* Tutores, & curatores vendere nequeunt res pupilli, & minoris, nec executores testamentorum emere res defuncti. Circa ea quae iudices, ministri, ceterique officiales emere in propria iurisdictione possunt, leges cuiusque provinciae decreverunt. Monachi sine consensu communitatis, pupilli sine consensu tutoris minores sine curatoris voluntate, prodigi declarati sine auctoritate iudicis vendere nequeunt; ut diximus *loc. cit.*

**II. Quaesit. I. An quis cogi ad rei suae venditionem possit?** Resp. Negant absolute omnes. Quoniam contractus ex libero contrahentium assensu pendet. Excepimus aliqui casus. I. Tempore famis cogi possunt, & debent a publica potestate subditi, & debent a publica potestate subditi ad vendendaumenta, vinum, & cetera necessaria ad victum. II. Ad vendendum ea quae ad communitatem civitatis decus conducunt, cogi subditi possunt.

**III. Quaesit. II. Que vendi, & emi licite valent?** Resp. Respondunt ad quæstionem istud habetur *ff. de contrahenda emptione, tit. 1. l. 34. §. 1.* ubi haec leguntur. *Omnium rerum quas quis habere, vel possidere, vel persequi potest, venditio recte fit: quas vero naturæ, vel gentium ius, vel mores civitatis commercio exierunt, earum nulla venditio est. §. 2. Liberum hominem scientes emere non possunt.* Lege ibi plura. Ratio patet ex his quae dixi. In venditione, & emptione dominia transferuntur. Ergo ea vendi, & transferre possunt. Hinc vendi, aut emi res spirituales nequeunt; aut quae spiritualibus annexae sunt, ut beneficia, ius patronatus, olea sancta, Sanctorum reliquiae,

& cetera eiusmodi, quae in tractatu de Simonia iustus exponuntur, ut actiones, & bona tum reata, & incorporea, ut actiones, & bona tum presentia, tum futura vendi queunt. Vetiupem est omnia donare, ne quis intellectus maneat; ad liberam est omnia vendere, quia quisque restat de pretio valet. Interdicta quoque est venditio hereditatis ante mortem testatoris, & bonis moribus contraria negotiatur. Talis quippe venditio aperire viam posset ad iniurias testatori livendas, eiusque mortem tentandam. Insuper talis venditio hereditate privatur, ut habetur *ff. de his quibus ut in dicitur l. 2.* Licita vero venditio est morte testatoris secuta, vel ante mortem, illo consentiente, & sciente. Bona publica, ut forum, vicus, plateae, a nulla vendi privata persona queunt, sed solum a summa potestate, quae in hac bona dominium habet.

**IV. Quaesit. II. Quae pecuniae alienae emuntur, sunt ne emptoris, an pecuniarum dominii?** Resp. Quodque sunt emptoris, & inter dum pecuniarum dominii. Fiant emptoris, quando hic iud nomine aliena pecunia emit, nulla obstante lege; ut colligitur ex *Cod. de rei venditione, l. 6.* ubi statutum est, eum qui pecunia apud se deposita sibi possessiones comparavit, eandem dominum fieri. Quando vero bona emuntur pecuniis pupillorum, militum, Ecclesiarum, minorum, tum emptores non sibi, sed Ecclesiis, militibus, minoribus, pupillis praefata bona acquirunt: quia sic leges statuunt, & Auctores communitur affirmant.

**V. Quaesit. IV. Valida sit rei alienae venditio?** Resp. Quantum ad translationem dominii pecuniae in venditorem, validam aiunt communitur Auctores: quia *ff. de contrahenda emptione, l. 28.* haec praescribuntur. *Rem alienam distrabere quem posse nulla dubitatio est. Nam tempore est, & venditio. Sed res emptori auferri potest. Lex ista locum habere nequit nisi in transferendo pecuniae dominio. Emptor quippe pecuniae suae dominum habet. Ergo illud transferre in alium potest. Hinc si latro tibi rem alienam vendit, pecuniam tuam dominum acquirit. Eam tamen restituere, & damna inde tibi obvenientia compensare alligantur.* Qui vero bona fide sem alienam vendit, id solum in quo locupletior factus est, reddere tenetur. Invalida autem est quantum ad dominii translationem. Quoniam id transferre venditor nequit quod non habet. Rei autem alienae dominum non potuit. Ergo transferre illud in alium nequit. Quomobrem dominum repetere rem suam; ubicumque invenirerit, potest; nisi prox-

criptionibus tempus elapsum fuerit respectu possessoris bona fidei. Doctrina communis.

**VI. Quaesit. V. Utrum licita sit venditio earum rerum quae adhibentur in pravos usus?** Resp. Quodam natura sua mala sunt, ut maleficia, libelli famosi, annuli quibus illigata dicuntur daemonia, & id genus cetera. Quod eiusmodi venditio abique peccato nequeant, manifestum est: quia peccandi ceteris occasione praebent.

**VII. Quaesit. VI. Quae poena lata est in eos qui conscribunt, aut evulgant libellos famosos?** Resp. Libellus famosus, seu infamatorius, ut alias dixi, est scriptura continens alicuius infamiam, ut fiat publica. Qui crimen occultum, tamen verum, deducit merito scripto in publicum, ut de illo Superior inquisitionem instituat, dicitur auctor libelli famosi. Inter auctores libelli famosi etiam recensentur illi qui coram ad inquam, aut senatibus alienae domus appendunt, ut exorem aedilem indicent. Qui evulgant libellos famosos contra Papam, aut contra Cardinales, aut contra Religiosos Mendicantes, excommunicationem incurunt. Auctor libelli famosi contra laicos poena capitis multatur. *Cod. de libelli fam. l. 1.* Iure canonico cadendum est virginis. Cap. qui in alienis. Inventorem libelli famosi peccare mortaliter Auctores docent, nisi cum iaceret, comburatur: & reputatur tamquam cooperatur, & fustibus punitur. Ac quis dixerit peccare eum qui non iaceret libellum famosum typis editum? Tunc eniam nihil huius aut illius exuperis laeratio iuvat. Peccato vero qui eiusmodi libellos famosus typis imprimunt, & bibliopola qui eos dividunt. Malefactor laez res est qui contra Principem libellum famosum conficit. Lege confirmationem S. Pii V. quae incipit, *Romani Pontificis praesentia* &c. anno MDLXXXII editam, ubi plura invenies contra scribentes, retinentes, & non iacerantes libellos famosus.

**VIII. Quaesit. VII. Peccant ne qui venena, siveos muliebres, chartas aleatorias, idola, & cetera id genus dividunt?** Resp. Venenum non est ita ad malum usum determinatum, ut aliis rebus admixtum nequeat bono usui infervere. Quare qui venena absolute dividunt, nullo emptorum respectu habito, graviter peccant, & puniri, tamquam humane societatis perditores, debent. Aliena enim manu homines occidunt. Quando vero ex emptoris conditione colligitur prudenter, in bonum usum venenum emi; tunc licita venditio est.

**IX. Fucois mulierum vendi posse docent**

*Salmanticenses tract. xiv. punct. 3. num. 32.*  
 Et pro hac opinione immerito citant S. Thomam, qui 2. 2. quest. clix. art. 2. ad 2. hæc scribit: *Mullerum fucato de qua Cyprianus loquitur, est quadam species fictitious, que non potest esse sine peccato.* Decretoria hæc verba sunt. Cyprianus loquitur de feminis que ad ementienda, & ostendendam pulchritudinem fucos adhibent. Hæc pulchritudinis fictio sine peccato esse nequit. In doctrina vero commendationem S. Augustini auctoritatem adducit S. Thomas. *Fucari pigmentis, quo vel rubicundior, vel candidiora parat, adulterina fallacia est; quia non delito etiam ipsos maritus se nolle decipi, quibus solus (scilicet maritus) permissenda sunt femina ornari secundum verum, non secundum imperium.* Hæc Augustini verba, allata a S. Thoma, referuntur, adiectis alijs, canon. Fucare de nocere. *dikt. v. 3. cum alijs dunt; sed hortandis, & iudicandis sunt ut talem dimittant mercatam, & caute tales merces vendant, nempe spectata emptorum conditione.* Nam frequentissime hæc ad pravos usus emuntur; & quando hoc prævident, evitare prudenter conditionem debent. Rigida hæc sunt, inquit, Pareor. Sed rigida, & arcta est via que ducit ad vitam. Illi vero qui domos, cubicula, charactera paratas tenent, locantque illis qui ex insulato fornicariis ludis vacant, dubio procul peccant mortaliter; & ut imponentes, dimittendi sunt, nisi replea omittant tam pravam occasionem; ut conceptis verbis docet S. Carolus Borromeus in Instruct. Conf. cap. v. *Nec eos abhorrens qui cum peccatis mortalibus simul vitam necessaria vitare plane non proponunt, ut sunt qui domum tenent in hunc finem alite paratas, ut tabellas chartaceas, vel alios ludant.* Oppositum docent non pauci iuniores; sed sanctus Episcopus Deus Magister constituit, & Doctores Christianorum.

XI. Falla, & lassa mihi videtur doctrina quam ex pluribus iunioribus docet P. Dominicus Viva Tom. I. pars vii. quest. vii. art. 2. num. 2. his verbis. *Quare licetum est vendere aleas, & taxillos, quantum adveniant emptores his male viros: possum etiam vendere ludis agnum, & hores: possum vendere fucos, & ornamenta meretriciorum; et hæc sunt quos fecit violatorus tenuitiam.* *Salmanticenses tract. xiv. cap. 2. punct. 3. num. 33. docent, peccare mercatorem vendentem res indifferentes, si quos prævidet eiusmodi robis abuturos, sed pos-*

III. Part. tit. xii. cap. xxviii. §. 13. *Videtur dicendum de fabricatoribus, & venditoribus alearum, taxillorum, & chartarum, quod quia in pluribus homines utuntur his ad peccatum mortale propter avaritiam, idcirco ad peccatum tale posse excusari a mortaliter: unde non observandi, nisi talia dimittant de pagis dikt. v. can. Falsas, & can. Fratres, & can. Rogatum, can. Episcopus dikt. v. Quid itaque dicendum? Omnes ne alearum, taxillorumque venditores damnabimus? S. Thomas, Raymondus, Bonaventura, Antoninus, ceterique sancti, graviore quæ antiqui Doctores damnant gravis culpe ludos fornicatos alearum, & chartarum in illis qui ex insulato eiusmodi ludat operam dant. Ceteram plures sunt chararum ludi qui ab industria & arte pendent, quique recreationi capiendi interveniunt. Hicque culpa vacare laici possunt. Taxilli ipsi in ludis qui ab industria, & arte pendunt, adhiberi possunt. Damnate igitur absolute non possum gravis culpe eos qui præfata vendunt; sed hortandis, & iudicandis sunt ut talem dimittant mercatam, & caute tales merces vendant, nempe spectata emptorum conditione. Nam frequentissime hæc ad pravos usus emuntur; & quando hoc prævident, evitare prudenter conditionem debent. Rigida hæc sunt, inquit, Pareor. Sed rigida, & arcta est via que ducit ad vitam. Illi vero qui domos, cubicula, charactera paratas tenent, locantque illis qui ex insulato fornicariis ludis vacant, dubio procul peccant mortaliter; & ut imponentes, dimittendi sunt, nisi replea omittant tam pravam occasionem; ut conceptis verbis docet S. Carolus Borromeus in Instruct. Conf. cap. v. *Nec eos abhorrens qui cum peccatis mortalibus simul vitam necessaria vitare plane non proponunt, ut sunt qui domum tenent in hunc finem alite paratas, ut tabellas chartaceas, vel alios ludant.* Oppositum docent non pauci iuniores; sed sanctus Episcopus Deus Magister constituit, & Doctores Christianorum.*

XI. Falla, & lassa mihi videtur doctrina quam ex pluribus iunioribus docet P. Dominicus Viva Tom. I. pars vii. quest. vii. art. 2. num. 2. his verbis. *Quare licetum est vendere aleas, & taxillos, quantum adveniant emptores his male viros: possum etiam vendere ludis agnum, & hores: possum vendere fucos, & ornamenta meretriciorum; et hæc sunt quos fecit violatorus tenuitiam.* *Salmanticenses tract. xiv. cap. 2. punct. 3. num. 33. docent, peccare mercatorem vendentem res indifferentes, si quos prævidet eiusmodi robis abuturos, sed pos-*

ses concedunt non peccare eum qui vendit idcirco Gentili, vel agnum ludos ad immoderatum. Adhuc utique ex rationabili causa. Sed quemquam hæc rationabilis causa? Licetum, commodum proprium. Equus mercatorum idola, agros, fucos, ornamenta vana vendit, nisi lucri, & contritodi causa? Perinde ergo est dicere, omnes mercatores indifferenter præfata omnia vendere absolute possunt; cum nunquam illorum venditio sit absque hæc rationabili causa. S. Raymundus Lib. II. de negotio secularibus h. c. hæc docet. *Ille peccat, quando ex qualitate personæ, vel temporis cognoscit vel probabiliter dicitur sibi conscientia quod ille non quis rem nisi ad malum perpetrandum: tunc enim non debet illi vendere eorum talem conscientiam.* Quanquam ego venditio alearum, idoli, agni, & similia sit absolute indifferens, dum tamen prudenter venditor agnoscit forum abulum emptorum, abhincere venditione, ut ego cum vitiis iudicis arbitror, debet. Nam licetam ex venditione capiendam rationabilis causa est qua honestate venditione possit. An, urgente gravi necessitate, licita eiusmodi venditio sit, alibi dicam.

XII. Quest. VIII. *Utrum Probabilissimus materia venditionis?* Resp. Ne insipidum sit me ad constandam Probabilissimo invidiam hæc proponere questionem sane festivam, admonere lectorum mea interest. P. Thoma Tamburinius hæc disputare controversiam Lib. VIII. in Decal. cap. vii. §. 3. num. 13. ubi hæc proponit titulum. *Utrum sententia probabilis.* Et his verbis explicitam propositionem discurit. *Occurrit hic non abilis illis difficultas ac in iudice. Supponamus probabilem esse eam opinionem de qua late dixi Lib. I. cap. xi. quæ præter tributa tot, sequitur Deasillus Lib. II. de iust. tract. 1. d. 5. dub. 7. licet iudicet ex duabus opinionibus æque probabilibus unam eligere, & iuxta illam profere sententiam; tam inquit, licite me, & iuste accipiet, si illæ peganiam, ut portus illam eligit que non laevæ, quam illam que meo adverte, facio.*

XIII. Respondet se improbalis hæc opinionem loc. cit. Eam tamen (subdit) legit quæ vult apud Lessum Lib. II. cap. xiv. dubit. 9. num. 64. *Hæc tamen 2. 2. quest. lxxiii. art. 4. d. 5. quest. vii. p. 4. Salom. 2. 2. quest. lxxi. art. 1. eor. 2.* Porro P. Lessus loc. cit. præter Valentiam, Salonem, Dinam & plures alios, hæc propugnat opinionem, quod nempe index precviam recipere va-

leat pro secunda sententia iuxta unam opinionem probatior potius quam iuxta aliam, his verbis. *Dubitari potest, utrum contra iustitiam peccet, si aliquid accipiat (iudex) ut ut hæc potius quam illam in iudicando sequatur. Videtur non peccare... Quia non tenetur ad alteram determinare; sed liberum est ei loqui quam maluerit. Ergo si aliquid accipiat, ut hæc sequatur potius quam illam, non facit illi iniuriam. Consequentia patet. Quia cum res non est debita, non est contra iustitiam (si solum in natura spectemus) exigere pro ea pretium, si aliquid accipiat licet estimabilis. Tertio, quia non accipit pretium pro iusta sententia, sed quia in hoc casu hæc opinionem præfert illi, ad quod modo modo tendatur. Hoc autem est pretio estimabile; cum quia utilissimum est pretio, si equum alterius partis, cui potius sit præferatur.*

XIV. Vin meliora Probabilissimus docet liberum esse ex duabus opinionibus probabilibus alteram legere. Quando occurrit dux opinionis probables, potest index sententiam ferre iuxta illam que magis sibi placuerit. Porro quod hæc præ alia legat, pretio est estimabile. Ergo vendere hæc unius præ alia opinionis prælationem iure pretio est. Ergo Probabilissimus est materia venditionis, & emptioris. Quid iudice mirum, si merx adeo pretiosa tanto disputare controversiam defendatur? En quam veram sit oraculum Alexandri VII. modum nempe hunc opinandum esse omnium malorum caput. Illiusi illa questio, posset, utrum idem præfate possit index fore iniustus? Sed patet hæc non posse: quia innotuit crimen perpetrare.

## CAPUT I.

*De negotiatione, & de his quibus ea vertitur, vel quibus permittitur. Plures questionibus de Religioso negotiatore a Casuibus excitatur.*

I. Requets usurarum, fraudum, avaritiæ, & iniustitiæ scopulus negotiatio est. Triplex distingui negotio solet. Prima, que emutur ad victum necessaria, & que superflua, venduntur. Secunda, que emittit materia, puta ligna, metalla, & cetera plura, ex quibus arti labore ea constituuntur qua vel ad ornatum, vel ad vitam necessitatem conducunt. Tertia, que merces emittunt, ut eadem immutatur carius venduntur. Dux primæ lato, & minus proprio



tum ordinibus insignitum; immo probabile id reputant *Salmanticensis* cum aliis, etiamfi Beneficarius Clericus cuiusmodi fit. Sed gratis, & sine ullo fundamento: ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Omnes admittunt, Clericos, & Religiosos prelatas leges violantes peccare mortaliter; cum sint leges iustas, & de re gravissima. Super hac lege de more iuniores plurimas inveniuntur quaestiones, quarum precipuas pauca resolvam.

VI. Quaest. II. *Peccant ne mortaliter Clerici, vel Monachi qui semel & iterum negotiantur?* Resp. Caetanus, quamquam communiter ianioris sit doctrina vindex, in preceptis tamen ecclesiasticis interpretandis ea fuit persuasione deceptus, quod haec sublato contemptu, & contumacia, non obligent sub mortali. Quare in Summula sua verb. *Clericus* resolvit, non peccare Clericum illa operante qua iure tantum ecclesiastico ipsi vetita sunt. Quae opinio, & falsa est, & abardis viam aperit latissimam. *Salmanticensis tract. xiv. cap. 11. puncti. 4. §. 1. num. 38.* Iulinent, Clericum, aut Monachum non peccare mortaliter, si bis vel ter negotiationem exercent, seclalo scandaloso. Quoniam qui bis, vel ter negotiatur, non dicitur exercere negotiationem, neque eidem insistere. Et pro hac opinione citant *Dianam, Lugo, Maldarum, Villalobosium, Villanovam, & alios.* Qui hominem peccati mortalis damnat, illum aeterno supplicio infernali subicit. Quis vero, nisi culpa evidens sit, in aeternas flammis fratem deridit? Quis contra innocentem eum pronuntiabit, li dubia culpa sit? Recensitas leges sub letali culpa obligant, fatentur omnes communiter Theologi, Caetanus, Michaelae de Palao, & Rodriguez exceptis. Porro qua ratione asseritur quod bona, aut terna transgressio legis graviter obligantis non sit mortalis? Cur quarta transgressio letalis erit, & non tertia? Cur quinta & non quarta? Quia repetiti actus habitum inducunt? Soli ergo qui ex habitu leges violant, letaliter peccant? Illis gratulor qui in promptu has peccati mortalis, & venialis tratinas habent. Eisdem me ignorare fateor, quando res explorata non est. Lex gravissima est, ut fatentur omnes. Sit ne parva, a gravi materia, una & altera transgressio, me later.

Utrum certo scio, legis transgressionem esse peccatum; sed huius peccati gradus ignoro, Quare super hac, & similibus controversis non aliud pronuntiare ego soleo, nisi quod servanda lex sit: & si Clericus qui semel le-

gem violasset, ad me accederet, non absolverem, nisi promitteret, se in posterum non negotiaturum.

VII. Quaest. III. *Licetum ne Clericis, aut Religiosis est negotiationem exercere necessitate urgente?* Resp. Adfirmant communiter Theologi: quia nullum preceptum ecclesiasticum in urgente necessitate obligat. Doctrina vera est, dummodo necessitas vera sit, non quaesita; dummodo necessitatis praetextu conquirendis divitiis, & augendis non detur opera.

*P. Molina, & Cardinalis de Lugo disput. xxvi. sect. 3. num. 37.* docent, Religiosos in Brasilia (vulgo *Brasile*) ministerio apostolico fungentes, posse mittere in Hispaniam mercos, ut illarum pretio comparent sibi necessaria ad victum; cum pecunias quas mittant, minime habeant. Et hoc, inquit Lugo, solum per *episcopatum* licitum est. Difficile apparet quod in ampla regione Brasiliae ea desint quae apostolicis Missionariis aliendis, & indendis necessaria sunt. Si verum est quod historie perhibent, nepe aliquos itorum Missionariorum suas habere navas mercatorias quas mittunt in Hispaniam, nescio an beneficio episcopii exulari illi a penis in Clericum negotiatiorem litis valeant. Sed haec discutere ad nos non attinet. Videant illi quorum interest.

VIII. Quaest. VI. *An Clerici, vel Monachi negotiari sin per se, saltem vel per alios possint?* Resp. Peccant Monachi, & Clerici, li propriis manibus negotiationi pecunias exponant; secus si has pecunias dent mercatoriis, qui propriis eas immiscent, & negotientur, & iterum cum Clericis dividenda assequantur. Ita docent *Molina Tom. II. tract. 11. disp. cxxlii. 11.* Lethus *Lib. II. cap. xxi. dub. 1. num. 26.* Rebelius *Lib. IX. quest. ult. sect. 2.* Lugo *disp. xxvi. sect. 3. num. 36.* *Salmanticensis tract. xiv. cap. 11. puncti. 4. §. 1. num. 40.* & alii, qui ibi citantur. Ratio istorum est, quia sacri Canonis prohibent negotiationem Clerico a seipso peragendam (hoc enim indecentiam praestat, & distractionem animi secum adfert) secus quando Clerici, & Monachi totam curam alteri relinquunt, & aliorum ministerio mercaturam exercent.

IX. Nisi hac circumventio legis fit, quanam erit? Prohibentis legis finis, & ut ita dicam, spiritus eo tendit, ut Clericos, & Monachos Deo sacratos a congregandis divitiis avellat, ut divino cultui totose dedant, ut Deum & sibi, & populo propitium reddant. Aliquid indecentiae exterioris detrahunt, quod aliorum opera Clerici negotiantur;

tur; sed cupiditatis & avaritiae pravitas tota vigeat, alieno induta pallio. Quare praefata opinio falli mihi est, & circumscriptis plena. Immo nec verba legis servant citati Theologi: absolute quippe leges verant Clericos negotiationem. Distinguisca in vestra per seiplos, & per alios, arbitrarium commentum est ad legem eludendam, quod cum legis spiritu hostiliter pugnat. Quid quod dum Clerici, vel Monachi mercatorum industria negotiantur, continuis perplexitatibus, curis, sollicitudinibus aguntur? Hinc suspiciones, ne debito lucro defraudentur. Hinc timor facturae, illinc spes ingentis lucri animos exagitant, mentisque perturbant, saepe fortius quam si per se ipsos negotiationes exercerent. Quid quod vel ipsi celebriores opulentioresque intihores, non seiplos, sed ministrorum industria negotiationem exercent? Quid, amabo te, discriminis hos inter & Clericos, Clausuraeque qui mercatorum industria luas negotiantur pecunias?

X. Quaest. V. *Utrum omnis negotiatio etiam non rigorosa vestra Clericis, & Monachis sit?* Resp. Negant communiter Theologi. Illam solum negotiationem istidem veritatem asserunt que locandi animo aliquid emitur, ut carius vendatur, re immutata manente; aut quae cum haec asiniatam habeat. Cardinalis de Lugo plurima enumerat quae exerceri a Clericis, & Monachis possint, quae legem transgrediuntur. Et primo infert *loc. cit. n. 29.* licitum istidem esse emere animalia, suorum praedium patris alenda, ut saginata postea, & mutata vendantur. Hoc enim aliud non est nisi propria palca vendere & fructus propriorum agrorum. Addit, Clericos, & Monachos habere greges posse, ut lac, lanam, & fetus vendant. Et hoc consuetudo quotidiana confirmat. Negat tamen emere eisdem licite posse alienos agros, ut fructus vendant. Quia licet non sit propria negotiatio, est tamen illis specialiter prohibita Concilio Carthaginensi *l. c. 17. relatis xxi. quest. 111. cap. 1. §. 11.* Similiter prohibuit istidem est concuerere fallinas, & greges, ut sal, & lac caesum, & lanam vendant. Haec omnia & mihi vera videntur.

XI. Infert secundo, non esse negotiationem Clericis veritatem; si ferrum ex propria vena etiam per ministros laicos conficiatur, ut vendatur. Quid, si fodina in hunc finem emanet, ut ex ea laicorum labore metallum conficiatur? Negant aliqui licitum id esse. Sed *Molina disp. cxxlii.* cum aliis, quibus accedit ipse Lugo, licitum hoc admittunt, quando cum vena simul pradium emittit. Pape!

Opulentior tum erit negotiatio. Causa itaque negotiandi licet emere & fodinas, ut laicorum iudobris metalla extrahatur, & simul praedia, ut fructus vendantur? Quid? Respondet Lugo. Si pradium cum fodina ex testamento obtineat Religiosus, nonne possunt laicorum opera omnia vendere quae inde extrahunt? Quid discriminis est inter rem emptam, & ex testamento habitam? Nullam plane respondet Lugo. Ego contra repono maximum. Nam cum in finem negotiandi haec emantur, lex manifeste violatur. Testator fundos Monasterii donat, non ut Religiosus negotiatur, sed ut alant aut seiplos, aut pauperes; secus ut thesaurizent, & divitias congregent, quarum vi imperare ceteris, & mundum devincere sibi valeant.

XII. Infert tertio, non esse negotiationem prohibitam, li procurator Conventus in principio anni emat pro usibus Conventus, seu Collegii 1000. pecora v. g. vel centum doliola vini, ne percule se exponat emendi pollice carius, si forte, prout evenire solet, aliqua hierno tempore moriantur, vel aliqua doliola vini accedant. Quod si haec mala non contingant, poterit superflua vendere, & quidem, inquit, *cariori pretio: quia pecora meliorata sunt; & vinum etiam vetus plus venditur.* Facienda tamen haec sincero animo, subdit. Illa autem spes vendendi carius superflua, non est, inquit, si finis directus, sed removens prohibens, quatenus, nisi illam spem haberet, non emeret fortasse plura, ne maiores lumptus faceret superflua de praesenti, sine spe recuperandi illos. Fortasse procurator domus non percipiet vim illius directiois, nempe quod spes vendendi carius superflua pecora, & doliola vini sit finis non directus, sed *removens prohibens.* Severius haec dicitur non vacat. Si negotiatiois finis abesse, posset vinum vetus, cum melius sit, a Religiosis potari, & novum ordinario pretio vendi. Verum haec a circumstantiis pluribus pendit. Ideo iudicium suspendo. Illud ex Scripturis sanctis, & sacri Canonibus scito, cavendum Religiosis sumptuose esse vel ab ipsa mercimonii specie, & umbra.

XIII. Proponit deinde idem Cardinalis de Lugo hunc casum. Habet domus religiosa Romana pecunias ex propriis redditibus in regno Neapolitano. Nequit eisdem Romani, ubi indiget, adferre licet detrimentum: quia moneta Neapolitana minus Romae quam Neapoli valet. Experrebus Romane domus procurator ad declinandum hoc detrimentum



quia istud pretium est commune currens, & vulgare. Quod autem adauctum sit ex iniuria aliorum, mihi per accidens est.  
 VI. Hæc sententia mihi fallax est, & laxa. Quod pretium sit iniustum, tibi per accidens est? Iniustitiam ne pretium illud exiit, propterea quod nunc commune sit? An non peccant monopolæ tale iniustum pretium exigentes? Ais. Cur ergo non peccabunt ceteri qui iniuste constitutum pretium agnoscunt? Quid tibi per accidens consistit ad iniustitiam depellendam? Hæc sunt dilectiunculæ quæ depellunt iustas morum regulas pervertunt. Plura alia monopolæ ad hoc genus revocantur; ut monopolium quo artifices conspirant ne opera ab uno inchoata ab aliis perficiantur; ne operas suas locent nisi hoc aut illo pretio. Quid de his impostoribus qui navium submercionem falso evulgant, aut literas consingunt quibus submercionis rumorem ibargunt, ut mercium pretium augeant? Isti raptors sunt, & prædones. Istis similes illi sunt qui vendentes sub hasta fistos licitatores prodire curant qui pretium augeant, ut veri emptores carius emant; vel ementes sub hasta ceteros ab emendo advertunt, ut ipsi vili pretio merces obtineant. Iuniores alique docent, nullum esse peccatum, si ementes sub hasta absque vi, & fraude, sed solis precibus rogent alios ne in publica licitatione plus certa quantitate offerant, ut ipsi infimo iusto pretio mercem obtineant. Sed hæc mihi non probantur. Quoniam, cum mercium pretium taxatum non sit, ipsi emptores sunt pretii infimi iudices. Porro quis in propria causa iustus iudex? Fides, & ingenuitas in his licitationibus necessaria est; & quisque offerre pretium suum debet, ceteris libertate facta offerendi quod iustum iustum visum fuerit, precibus, blanditiis, & quacunque arte sobolatis.  
 VII. Audiant, & meditentur benigni iuniores quod scribit ethnicus M. Tullius *Lit. III. Offic. cap. xvii.* Si vir bonus Alexandria Rhodium magnum frumenti numerum advekerit in Rhodiorum inopiam, & fame, summaque annonæ caritate; si idem sciat, complures mercatores Alexandria solivisse, naveque in cursu frumento onnatas petentes Rhodium viderit; dicturus ne sit id Rhodios, *on sleticio suam quam plurimo venditurus?* Sapienter, bonum virum fingimus: de eius deliberatione, & consultatione querimus qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed dubitet, an turpe non sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno,

& gravi Stoico; aliud Antipatro discipulo eius homini acutissimo. Antipatro omnia patefacienda, ut ne quid omnino quod venditor norit, emptor ignoret: Diogeni venditorem, quatenus iure civili constitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine iniuria agere; & quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi, expofui, vendi meum non pluri quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum maior est copia: cui fit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Quid agis? Tute, cum hominibus consilere debeas, & servire humane societati, eaque lege natus sis, ut ea habeas principia naturæ quibus parere, & quæ semper sequi debeas; ut utilitas tua communis utilitas sit; vicissimque communis utilitas tua sit; celabis homines quid iis ad sit commoditatis, & copiar? Respondit Diogenes fortasse sic: aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico quæ natura deorum sit, quæ finis bonorum: quæ tibi plus prodelem lent cogita quam tritici utilitas. Sed non quequid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. Immo vero (inquit ille) necesse est: siquidem meministi esse inter homines naturam communem societatem. Memini (inquit ille) sed num illa societatis raris est, ut nihil suum cuiusque sit? Quod si ita est, ne vendendum quid quicquam est, sed donandum.  
 VIII. Habes utriusque partis expositas rationes, quas acutius urgere Probabilitate ipsi necirent. Quid resolvit M. Tullius? Audi illius responsum cap. xviii. *Quæ diducandæ sunt; non enim ut quereremus, expositimus, sed ut explicaremus. Non igitur videtur frumentarius ille Rhodios celare emptores debuisse. Neque enim id est celare quicquid vitæas; sed cum quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos quorum interesse id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non videt? Certe non aperit, non simpliciter est, non ingenui, non iusti, non viri boni; sed vestri potius, obscuri, astuti, fallacis, multi, callidi, veteratoris, vestri. Hæc tot, & alia plura, nomine inuicem est vitiorum subire nomina? Quod si vituperandi sunt qui reticent; & quid de iis existimandum qui orationis vanitate adhibuerunt? Aliam venditionem sane vasteram & Canium præsertam quam brevitas causa prætereo. Erunt fortasse qui Rigorini, & Tutorini inculabant & Antipatro, & Ciceronem. Erunt qui laudibus celebrabant*

Dio.

Diogenem, tamquam benignum, & suavem Caluissam, qui tam acute rationes excogitavit libertati indulgentes. Sed omnes qui recte sapiunt, intimo sensu tanguntur, recogitantes sinceritatem, ingenuitatem, æquitatem, ceteraque virtutes quas ethnici Philosophi in negotiatione servandas proponunt. Si nec ne Ciceronis doctrina ex necessitate suscipienda; nemo saltem inficias iverit, eam evangelicæ perfectioni quam maxime accedere, & splendidissimam præferre æquitatis imaginem. Hæc sublimis Ethnicorum Philosophia persunderi non levi pudore deberet non paucos Caluissas, qui in explicanda nostrâ a Deo revelata Theologia longius a via iustitiæ, sinceritatis, & æquitatis abeunt. Ubiorem huius quaestionis discussionem si cupis, consule *quæst. ix. seg. cap.*

## CAPUT V.

*De venditione, & emptione cum pacto retrovendendi, & retrovendendi; & de contractu mobiliæ.*

I. **P**ACTUM retrovendendi, aut redimendi adiacet potest vel in favorem venditoris, vel in favorem emptoris, aut in favorem utriusque simul. Fit in favorem emptoris, quando pactum seu onus imponitur venditori, ut si emptor statuat: Ego a te librum hoc pacto, ut tempore a me præstituto tu illum a me redimas. Tum vero conditio additur in favorem venditoris, quando onere retrovendendi gravatur emptor; ut si dicas: Vendo tibi hunc librum hac conditione, ut tempore statuto illum mihi revendas. Denique in favorem utriusque pactum adicitur, cum utriusque facultas relinquatur a contractu resiliendi.

II. Licetum est eiusmodi pactum in favorem solius venditoris, quando conditiones imox assignandæ serventur. Hoc patet ex *Levit. cap. xxv.* Terra quogue non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos adventi, & coloni mei estis. Unde cuncta regio possessio vestra sub redemptiois conditione vendetur. Ratio quoque suffragatur: quia onus conditionis adiectæ in favorem venditoris compenari potest pretii diminutione. Pactum adiectum in favorem solius emptoris, in praxi saltem tutum non est. Et ad illius æquitatem tot necessaria essent conditiones quod servari regia ab hominibus lucrè avidis vix unquam solent. Do exemplum istius contractus. Si tu a me vineam emis pretio determinato, hoc pacto, ut ego pro tuo libito

eam redimam eodem pretio. Tu ex ea colligis fructus, & postea ego redimere vineam debeo. Tunc enim fructus vincæ tu haberes pro pretio, pacta centam aureis, quos mihi mutuo dedisti. Similiter contractus cum pacto retrovenditionis in favorem utriusque emptoris nempe, & venditoris, licet absolute licitus sit, tamen in praxi vix permitti debet.

III. Prima conditio necessaria in his contractibus est, ut iidem bona fide celebrentur cum sincero animo vendendi, & emendi, exclusa omni usura palliata. Usura palliata dicitur, quando sub alterius contractus pallio occultatur. Emit generator domum tuam mille aureis, pacto adiecto, ut post unum, duos, aut tres annos tanti redimas: interim tibi eandem locat quinquaginta aureis in singulis annos. Latitat hic mutuum fenere sub pallio contractus emptiois, & venditionis.

IV. Secunda conditio est, ut pretii quantitas moderate iuxta conditionem adiecti gravaminis, iustum enim pretium servandum est in omni contractu. Porro merces quæ absolute valent decem, pacto retrovendendi gravate, minoris valent; plus vero, quando pactum adicitur in favorem emptoris. Quare tantum pretii augendum, aut detrahendum est, quantum iuxta prædantum exilimationem reputatur gravamen adiectum.

V. Conditio tertia est, ut res vendatur pretio currenti tempore retrovenditionis. Quare iniustum fore pactum adiectum, ut eodem pretio retrovenderetur quo emptra merx fuit: quia merx quæ nunc venditur cum pacto retrovenditionis, minoris valet quam si venderetur absolute, soblato pacto. Merces ergo retrovendi debent pretio quod valent tempore retrovenditionis: quiquid in oppositum scribant Lessias, Bonacia, & alii.

VI. Quarta conditio est, quod periculum rei venditor, aut commodum reticenti venditori, & quod servetur identitas rei vendite; ut si vinea vendita cum fructibus sit, cum fructibus pariter retrovendi debeat.

VII. Quæst. I. Licitus ne est retractus gentilitius? Resp. Retractus iste italice vocatur *ius di retropera*; & gallice *Retrait hngener*. Est autem ius concessum consanguineis venditoris rescindendi intra præfixitum tempus contractum venditionis rei immobilis. Mobilia enim, quantumvis pretiosa, retrahi nullo modo possunt. Ius autem retrahendi, sed recuperandi fundos venditos, & omnium nationum moribus; & Principum legibus firmatum, familiarem conservationem, & perpetuitatem spectat. Hic autem in hoc con-



tractu ordo servatur. Pretium quo emptares  
soli, solvi emptori debet. Licitus recuperatio-  
nis ius concellum est consanguineo proximo-  
ri, & gradatim ceteris. Si proximior con-  
sanguineus cedat huic iuri, aut si negligens  
fuerit, succedit propinquior. Qui hoc ius im-  
pedit doli, & fraudibus curando ne consangu-  
ineus venditoris revocet ad se res vendi-  
tas, peccat contra iustitiam. Peccant con-  
sanguinei, dum fundos retrahunt, seu recuperant  
in factorem amicum, & a quibus pecuniam  
necessariam ad recuperandum accipiunt.  
Item quando retrahunt, ut maiori pretio  
vendant. Peccant emptores qui, data  
opera, pretium aucto eo sine ut impediant  
recuperationem. Quilibet natio iussu habet  
peculiares leges consulendas, & servandas.

VIII. Quæst. II. *Licitus ne est contractus  
mobiliaris?* Resp. Contractus mobiliaris agitur,  
cum quis, indigens pecunia numerata, emit  
a mercatore mercem quibus non eget, pretio  
summo, puta 100. pacto adiecto a mercatori,  
ut illi retrovendatur ab emptore pretio  
infimo, puta 100. Contractus iste duplitem  
celebrari potest: aut cum pacto expresse, vel  
tacito; aut absque omni pacto, sive implicito,  
sive expreso; aut cum eodem, aut cum  
diverso mercatore. Primo modo generatius  
est, & damnatur ab Innocentio XI. Pontifice  
summo in hac prop. 40. *Contractus mobilia-  
ris licitus est, etiam respectu eiusdem perso-  
nae. Et cum contractus retrovenditionis pre-  
tione referendus est contractus iste cum  
pacto sive implicito, sive expreso celebratur.*  
Et primo quia mutuum senebre aperte con-  
tinet: mercator enim sub pallio fidei contra-  
ctus venditionis, & emptiois dat mutuo  
100, ut accipiat 100. Aurifices vendunt au-  
rea, vel argentea vasa pretio summo, com-  
putato artis labore, deinde statim pretio  
infimo, nulla habita ratione ad pretium co-  
peris, & industriae. Sic vas quod ratione  
metalli, & operis artificiosi valet 100. hoc  
pretio vendunt: & postea, detracto pretio  
operis industriosi, & considerato dimittunt  
argenti, aurive valore, redimunt 180. pecunia  
numerata. Obtendunt verbis contractus  
venditionis, & emptiois; sed re ipsa contra-  
ctus ultarius est, atque adeo improbus. Ac-  
cedit quod etiam intra confinia iusti pretii  
summi, & infimi merx venderetur, onus  
tamen impositum retrovendendi eandem  
mercem, gravamen est pretio aestimabile,  
quod iniunctum contractum efficit. Quam-  
obrem in praesens omnes Theologi hunc con-  
tractum reprobandi.

IX. Cardinalis de Lugo Tom. II. de iust.  
disp. xxvii. sec. 13. n. 208. licet communi  
sententia adherat, fubulas tamen dilatat.  
Docet enim, venditorem habere licite posse  
intentionem mercis redimende, & insuper  
hanc intentionem suam patefacere emptori.  
*Insertur, inquit, tertio, neque reddi iniunctum  
hunc contractum ex natura rei per hoc quod  
venditor suam intentionem manifestet em-  
ptori, dicendo: Ego libere tibi crediturando has  
merces, si tamen volueris eas posse viliiori  
pretio vendere ad habendam pecuniam pre-  
sentem, ego paratus sum ad eas emendas.*  
Quis dixerit, hunc non esse contractum mo-  
biliaris larvatum & delicatioribus fucis depi-  
ctum? Adest animus redimendi mercem pec-  
unia numerata, & viliori pretio. Animus  
proditor emptori. At, inquit, non imponi-  
tur emptori onus retrovendendi. Immo con-  
tinuo subdit citatus Auctor: *Dum tamen ali-  
quod pactum implicitum sub hac manifesta-  
tione non includatur.* Hoc tamen constare an-  
tiologia quibus benigniores Probabilius iuga-  
re non raro se solent. Ut patenter laxitate  
quoquomodo temperent, adiciunt clau-  
sulam aliquam quae pugnat cum facto quod  
ut iustitiam proponunt. Quid est pactum?  
Conventio inter duos, Mercator aperte di-  
cit: *Vendo tibi hanc mercem; si tamen volueris  
eam mihi revendere viliori pretio, emam.*  
Assentitur emptor necessitate penitiae ob-  
tinende astrictus. Quid ultra requiritur re ipsa  
ad pactum inveniendum? Nihil sane. Sed, ut  
verborum involacro res implicetur, mera vox  
pacti excluditur, & pactum re ipsa conceditur  
expresse, nedum implicitum. Est pactum,  
dicent, sed liberum, non onerosum, non nec-  
essarium. Physice verum est. At in civili  
commercio, & moraliter loquendo, totum  
adell quod ad damnatum contractum mobilia-  
ris requiritur. Nec generatorem facultate po-  
tuntur cogendi mutuatarios ad inveniendum con-  
tractus venditionis. Offerunt pecuniam mutuo  
libertatem istidem relinquentes eadem acci-  
piendi, aut respiciendi. Quare, ut minus  
tamquam perniciosa plena, improbanda est  
Cardinalis de Lugo sententia. Laxus hoc  
de contractu scribit P. Lessius Lib. II. cap.  
xxi. dubit. 16. numer. 131. ubi contractum  
mobiliaris damnatum docet, inquit, *Ad-  
verte tamen, hunc modum contrahendi  
sepe non carere culpa in mercatore, quod  
ex COMPOSITO ita vendit, ut pretio  
infimo redimat. Nam primo peccare por-  
tet contra caritatem; ut si cogat miserum  
aliquem hominem emere mercem quibus  
non eget, magno illius dependio, cum*

» pos-

» possit illi facile, & absque suo incommodo  
» mutuum dare. Secundo peccare potest  
» præbendo malum exemplum. Nam con-  
» tractus ille habet speciem mali, & suspi-  
» cionem vitii. Tertio seipsum, & suos  
» infamando. Non tamen tenetur ad restitu-  
» tionem, ut inquit Navarrus: quod intel-  
» lige non teneri ex iustitia. Mercator er-  
» go qui ex composito cogit miserum homi-  
» num ad emendum pretio summo mercem quibus  
» non eget, ut eadem sibi retrovendat  
» pretio infimo, non peccat contra iustitiam?  
» Si emptor ille sit dives mercator, non pec-  
» cabit neque contra caritatem. Si autem ab-  
» sit scandalum, nullo modo peccabit. Hac  
» porro doctrina damnata est.

X. Disputant vero Theologi, an, exclu-  
» so omni pacto tum implicito, tum expreso,  
» tum scandaloso, & periculo infamiae, quae ex  
» notitia eiusmodi contractum contingere so-  
» let, licitus prelarus contractus sit? Adfir-  
» mant communiter: quia nulla hic iniustitia  
» apparet. Mercator enim vendit utique pretio  
» summo, sed iusto: emptor revendit pretio  
» infimo, sed iusto. Ergo non est unde colligi-  
» tur talis contractus iniustitia possit. Hanc  
» sententiam defendunt Salmanticenses tradi-  
» cione Toletani, Palam, Lessium, Reginal-  
» dum, Navarrum, Bonacium: & re ipsa com-  
» munitur illam docent ceteri Theologi.

XI. Quod ipse sentio, paucis prodo. Si pra-  
» dicte conditiones revera concurrerent, ta-  
» lem contractum iniustitia nec ego potula-  
» rem. Difficillimum tamen, immo impossi-  
» bilem reperto-huiusmodi conditionum in pra-  
» xi concursum. Nam qui fieri potest ut scan-  
» dalum abfit, & periculum infamiae contra-  
» hendae? Nonne inter duos contractus licite  
» celebratur? An scandalum emptor non pati-  
» tur, dum necessitate pecuniae obtinende  
» mercem emit eidem mercatori revendendas?  
» Quomodo impediti potest ne notitia horum  
» contractuum evulgetur? Homines, ad ma-  
» lum suspicandum proni, intentionem con-  
» trahentium non vident. Pactum non pra-  
» cessit, ignorant. Ne multa. Contractum  
» mobiliaris materialiter videtur, cetera quae  
» absolute materialiter ablegere possunt, ignorant.  
» Ergo, moraliter loquendo, vix potest in  
» praxi contractus ille potest, quin scandalum  
» & infamia interveniant. A specie autem ma-  
» li Christianis cavendum est. Quidquid igitur  
» sit de iustitia contractus absolute speciatim,  
» in praxi ego nunquam illum permitte-  
» rem: Quid quod tam mercatoris, quam  
» emptoris egentes pecunia, descriptam Theo-

logorum doctrinam scientes; posse nempe  
» licite eiusmodi contractum peragi, excludo  
» pacto tum implicito, tum expreso, ta-  
» lem contractum peccatum re ipsa? Nec est quod  
» opponas; posse mercem summo pretio em-  
» ptam vendi alteri mercatori pretio infimo,  
» quoniam hinc nullum oritur scandalum, nul-  
» lumque infamiae periculum. Tamen saltem  
» nos cupiditas nostra, & saepe nobis fucum  
» facit. Testari interfectos postsum nullum  
» nos habere animum inveniendi talium contractum;  
» at dum re ipsa eundem æterecimus, quis cer-  
» tos reddere non potest, vacuos omnino talis  
» animi esse, nullamque in intimis amoris pro-  
» prii recubitas latente pravam intentionem?  
» Quare & ob internas animi nostras infidias,  
» & ob scandalum quod fere necessario conse-  
» quitur, permitendum talis contractus in pra-  
» xi non est, ut ego quidem sentio. Unum,  
» quod alias dixi, in mentem revoco, non scilicet  
» de decipi finis cavillarios ratioculis  
» quibus istius contractus mobiliaris patroni  
» fucum facere impetris solent. Quid mali  
» prester merces vendere? Quid criminis olet  
» merces emere? Sophisticae argutationes eiu-  
» modi sunt, quae morum regulas abstractas a  
» circumstantiis proponunt, & explicant. Hac  
» enim via plura honesta scelera possunt. Quid  
» mali profici pecunias tuas tangere? Quid ma-  
» li prester eadem manum completi? Quid  
» criminis discedere a tuo serinio? Verum si  
» omnia simul coniungas, turri caelus videbis.  
» At de his pluraquam satis.

XII. Quæst. III. *Quis merces evidendas a  
» domino suscipiens, aliquid ne sibi retinere va-  
» let, si plures vendant quam sunt a domino  
» prescriptam?* Respond. Aliqua peces omnes  
» certa sunt. Si illi quos Rigorose vocat S.  
» Antonius II. Part. cit. viii. cap. 111. iusti  
» pretii limites excedant in venditione, excellum  
» restituere emptori debent. Similiter dum  
» merces propria industria ad meliorem statum  
» revocant, incrementum pretii quod propria  
» industria responderet, retinere illi valent.  
» Denique si dominus praesint pretium mercis,  
» & expresse dicat proxenetæ, Si plures  
» vendideris, tuum erit; iulle retinere is aug-  
» mentum poterit, dummodo limites iusti pre-  
» tii non excederit.

XIV. Quibus positis, dico, si eiusmodi pro-  
» xenetæ, seu intermedii, quibus a domino  
» merces vendende praebantur, supra pretium  
» taxatum a domino vendant merces, intra  
» confinia tamen iusti pretii; totum incrementum  
» domino reddere abstinentur. Nullo  
» quippe titulo sibi tale incrementum retine-  
» re possunt. Non ratione mercis, quia domi-  
» ni

ni est; non ratione iudicabit, quia hanc aut sponte, aut pacto pretio domino locant. Nec est quod opponas, dominum desiderare pretium. Quoniam is delegavit vendendam esse mercem, non viliori pretio vendatur; ceterum nunquam eius intentio fuit ne prius venderetur, si occasio occurreret. Bona ergo fide domini agere internum debent, & eam adhibere diligentiam qua in proprio mercatorum negotio. Si vendere mercem pretio medio, aut summo possint, iustitia semper servata, negligere hoc non debent.

XV. Quod dictum de venditione est, idem dicimus de emptione. Interdum ministri, famulive emunt pro domino merces pretio infimo, aut medio; & eas domino comptant pretio summo. Et hoc vero latrocinium honeste, dicunt, mercatores in eorum gratiam, & favorem pretium diminuit. Qui pretium nulli est, & inanis. Quoniam rem domini agere sibi tenentur. Quare furcs sunt factores, dum pannos ad vestes confectendas ex commissione domini ementes, aliquid sibi retinent, obtentu quod vilis emerint, aut quod cessaverint a laboribus, & damnati loci cessantis palli sint tempore infumo in emptione. Nam sponte obtulerunt domino propriam illam induriam. Nec verum, sed falsum reperto quod docent Salmanticenses cum aliis tract. xiv. cap. 11. num. 76. videlicet factores qui, diligentia adhibita, non inveniant pannum nisi pretio summo, puta 40. & mercator amicus dimittit octo, aut decem, ut in posterum ad ipsum empturi accedant, infideliter quidem agere, detractum pretium retinendo; misime vero peccare contra iustitiam, quia mercator donavit. Falsam, inquam, reputo hanc recentiam opinionem: quia praxitex iste donationis commentionis est. Committunt mercatores autem le diminuerunt pretium, ut alliciant emptores; ceterum infra limites iusti pretii nunquam dimittunt. Et si domini ipsi facto factorem adirent mercatores, eodem ac factores pretio emerent. Quandoquidem mercatores non in factorem, sed in numerate pecunie gratiam, aliquando aliquid pretii detrahunt. Accedit quod prelati opinio viti fraudibus, & fortis aperit. Factores rem dominorum agunt, illorum pecunias expendunt. Ergo nullam hinc in eorum comparare sibi iure valent.

## CAPUT VI.

De infimo verum pretio; & de peccatis, & fraudibus que in infimo excessu committi solent.

I. Unctio que in mundo sunt, propter hominem Deus creavit. Idcirco ea que magis minime hominis utilitati, & commodo intersunt, prius aut minoris valent. Pretium ergo non a mercedum natura, sed ab earundem utilitate quam homini affertur, delendum est, ut optime observat S. Thomas V. Ethic. lect. 13. Non enim appetitur secundum dignitatem nature ipsarum, aliquam mens quod est animal, sensibile, motorio, protii esse, quam una margarita, que est res inanimata: sed verus pretia imponuntur, secundum quod homines indigent eis ad suam usum.

II. Pretium iustum duplex est. Aliud legitimum, Principio lege taxatum; & hoc indivisum est, quodlibet incrementum, aut decrementum excludens. Aliud autem a quo iuxta restant rationem, omnibus circumstantiis spectatis, iustum censetur, & appellatur vulgare, quia communit hominum existimatione tale reputatur. Hoc dividuum est in tres gradus, primum, moderatum, & rigorosum, sive infimum, medium, & supremum. Omnes fatentur, difficile consista iustitiam istius iusti pretii designari posse. Hanc dumtaxat regulam tradunt, alioquin obviam. Quo res vilior est, eo arctior est latitudo, pretiorum vero ampliore latitudine habet. A iudicio ergo procedendum, & a communi estimatione repetenda est pretii iustitia. Si medium alicui rei vilis pretium sit 5. infimum erit 4. & supremum 6. & sic erit latitudo tantum duorum. Si rei pretiosior medium pretium sit 100. infimum erit 95. & supremum 105. & tunc latitudo erit 10. Neque ob hoc iustitia iustitiam rei taret: quia medium iustum iustitiam non est, sed prelatos gradus accipit. Quando pretium legitimum non est prescriptum, venditi merces debent pretio naturali, seu vulgari.

III. Quæst. I. Qui verum pretia augent, vel diminuant, sunt ne restitutioni obligati? Respondetur propositio quæstio respondendum, doctrina S. Thomæ tractibus, que in universa hac controversia præ oculis habenda est. Quatuor quippe capita continent, quibus plurime resolvuntur difficultates. Hac autem statuit Doctor sanctus 2.2. quæst. lxxvii. art.

art. 1. Dicendum, quod fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus infimo pretio vendatur, omnino peccatum est; iniquum aliquis deceptio, propterea in damnationem ipsius. Unde C. Tullius dicit in Lib. III. de offic. ... Tollendum est iustum in rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatem venditor, nec qui contra se licet, emptor apponat.

Si autem frans deficit, tunc de emptione, & venditione dupliciter loqui possumus. Uno modo secundum se: & secundum hoc emptio, & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque; dum scilicet quis indiget re alterius, & e converso sicut patet per Philof. in 1. Polit. ... Quod autem pro communi utilitate inductum est, non debet esse magis in gravamen utrius quam rei inter eas contractus iustitiam. Quantitas autem rei que in usum hominis venit, mensuratur secundum pretium datum, ad quod proportionem esse videtur, ut dicitur in 1. Ethic. ... Et ideo si vel pretium excedat quantitatem valoris rei, vel a converso res excedat pretium, vel non iustitia equalitatis. Et ideo carius vendere, vel vilius emere rem quam valet, est secundum se iniustum, & illicitum.

Alio modo possumus loqui de emptione, & venditione, secundum quod per accidens cadit in utilitatem utrius, & detrimentum alterius; puta, cum aliquis multum indiget habere rem aliquam, & alius leditur, si ea carat: & in tali casu iustum pretium erit, ut non solum respectivo ad rem que venditur, sed ad damnum quod venditor ex venditione incurrit. Et sic licite poterit aliquid vendi plus quam valet secundum se, quomodo non vendatur plus quam valet habenti. Si vero aliquid quis multum indiget ex re alterius quam accipit, ille vero qui vendit, non superaddere carendo re illa, non debet, non superaddere: quia iustitia que conditioni ementis, nullus autem debet vendere alteri quod non est suum; ille tamen qui ex re alterius accepta multum indiget, potest propria sponte aliquid vendenti superrogare: quod pertinet ad eius iustitiam.

IV. Primum ergo docet, eum qui fraude pretium auget, proximum decipere, peccatumque perpetrare. Secundo, etiam lesula fraude, plus isto vendere, aut vilius emere quam res valet, est peccatum contra iustitiam. Tertio licitum est vendere supra iustum pretium commode, quando venditor damnatum patitur, dum tali le merce privat in

favorem emptoris. Quarto, dum venditor damnatum non patitur, licet emptor magnam commodum percipiat ex emptione, non propterea licitum est pretium augete.

V. Disputant iuniores, utrum quando unum decipit alterum contentum intra latitudinem iusti pretii, teneatur ad restitutionem? Vendis mercem pretio infimo, aut medio; poteris ne emptorem decipere accipiendo superpretium? Adfirmant Ioannes Medina, & Petrus Navarra, qui postea se retractaverunt. Opinio hæc falsa omnino est. Quamvis enim contractus ante conventionem possit, sibi labi mendacis, & dolis, pretium augete utque ad gradum summum, vel diminuat ad infimum, & quique suum commodum promovere; nequeunt tamen, conventionem facta, quidquam augete, vel diminueret. Latitudo pretii intra tres indicatos gradus absolute iusta est; res designato modo contentu uno ex tribus gradibus licitum minime est vel transire vel eodem recedere. Obvia itaque responsio ad questionem est, peccare contra iustitiam, & restitutioni obnoxium cum esse qui auget, aut dimittit iustum pretium, sive legale, sive naturale, taxatum ab ipso contrahentibus.

VI. Advertendum, in foro exteriori non cogi ad restitutionem, nec dari actionem nisi contra eum qui aut ultra dimidium vendiderit, aut infra dimidium iusti pretii emerit. In foro vero interiori, quidquid ultra iustum pretium augetur, vel diminuitur, restituendum est.

VII. Quæst. II. An qui fraude, mendacitate inducit aliquem ad emendum maiori pretio quam esset, hoc iusta restitutionem iusti pretii, peccat? & tenetur ad restitutionem? Resp. Iuræ mercator, tanti sibi habeat mercem, quod, saltem aliquoties est. Iuræ emptor, tanti potuisse mercem emere, quod verum non est. Tam vendentes, quam ementes tunc iusta mendacis, & fraudibus, ut quique inducat alterum ad pretium summum. Sublati autem etiam modo mendacis, nec ille emisset nisi pretio medio, aut infimo; nec ille vendidisset nisi pretio infimo. Salmanticenses tract. xv. cap. 11. præf. 9. & 1. num. 84. docent, hoc peccare peccatum mendacis, aut perituri; licet violare iustitiam: quia hæc, inquit, sunt communi mendacia vendentium, & ementium, & homines communitur norunt esse stratagemata negotiatorum, quibus fidem non prestunt: & si fidem incaute prestent, sibi imputant, quia factis sunt ad credendum. Et citant pro hac opinione Trullenchum, Bonaciam, & Re-